



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Comme[n]dat eis Societatem ac nominatim Canisium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Et gratus odor fructuum, quos ex dilecti filij Petri  
 Canisij, et aliorum Societatis Iesu professorum o-  
 pera Augustana Ciuitas uberes, Domino cooperante,  
 te, percepit. Auditum enim fuit, quam multi He-  
 retici ad Ecclesiam Catholicam eorum doctrina-  
 hortationibusque reducti sint: quantumque ad  
 menti, et solatij Catholicis ciuibus afferre con-  
 uerit fidelis eorum opera, ac diligens ministerium.  
 Ea nos, sicut leti audire antea consueuimus, ita  
 sine dolore nuper audiuius humani generis bo-  
 tam pia, et salutaria opera impedire coepisse. Eius  
 enim instinctu, et improbis maleuolorum quorundam  
 sermonibus factum esse, ut animi vestri ab  
 Societate alienarentur. Quod eo grauius ferendum  
 est, quia ea res non solum inchoato Dei operi impe-  
 dimentum allatura est, sed paritura etiam dis-  
 idium, et scandalum inter uos, et laicos Catho-  
 cos, atque Heticorum animos auertura. Quibus  
 offensionibus, et scandalis nos pro pastorali officio  
 obuiam ire volentes, deuotionem uestram hortamur,  
 ut ipsum Canisium, et alios ex ea Societate  
 pristina caritate, et beneuolentia complectamini,  
 eosque diligenter tueamini, et quo quam plurimum  
 proficere possint, tum uerbo Dei dicendo, tum mi-  
 nistran-

Commendat  
 et Societatem  
 ac nominatim  
 Canisium.



nistrandis sacramentis, non iis modò ministeriis, que illis ab Apostolica sede permissa sunt fungi eos liberè pati amini, sed etiam favore eos, & studio vestro iuuetis: eaque in re Venerabilis fratris nostri Cardinalis Augustani Antistitis vestri voluntati obsequamini: apud quem, si quid aduersus eos proponere volueritis, querelam vestram tanquam apud Ordinarium vestrum deferre debetis. Datum Roma apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die ultimo Septembris, 1564. Pontificatus nostri anno quinto.

Tandem ita confecta res est, vt Canonici scripto conciperent, quas ad concordiam conditiones amarent. Postulauere, vt ab sacrorum administratione posthæc Patres in primario ipsorum templo abstinere: in alio autem quouis ea pro voluntate Episcopi præberent. Canisius cathedram obtineret, sed ita vt cum ipsis, tum societati integrum esset, cum quid alterutra pars mutatum vellet. Quandiu autem id muneris obtineret Canisius, ne quo iniussu ipsorum, nec nisi substituto idoneo vicario, proficisci fas esset. De cetero sincera porrò, & fraterna caritas vtrinque salua cōstaret, positis priuatis studiis: & antè omnia caue-

Concordia 78.  
integratus.